



Тем, что эта книга дошла до Вас, мы обязаны в первую очередь библиотекарям, которые долгие годы бережно хранили её. Сотрудники Google оцифровали её в рамках проекта, цель которого – сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Эта книга находится в общественном достоянии. В общих чертах, юридически, книга передаётся в общественное достояние, когда истекает срок действия имущественных авторских прав на неё, а также если правообладатель сам передал её в общественное достояние или не заявил на неё авторских прав. Такие книги – это ключ к прошлому, к сокровищам нашей истории и культуры, и к знаниям, которые зачастую нигде больше не найдёшь.

В этой цифровой копии мы оставили без изменений все рукописные пометки, которые были в оригинальном издании. Пускай они будут напоминанием о всех тех руках, через которые прошла эта книга – автора, издателя, библиотекаря и предыдущих читателей – чтобы наконец попасть в Ваши.

Правила пользования

Мы гордимся нашим сотрудничеством с библиотеками, в рамках которого мы оцифровываем книги в общественном достоянии и делаем их доступными для всех. Эти книги принадлежат всему человечеству, а мы – лишь их хранители. Тем не менее, оцифровка книг и поддержка этого проекта стоят немало, и поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые меры, чтобы предотвратить коммерческое использование этих книг. Одна из них – это технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас:

- **Не использовать файлы в коммерческих целях.** Мы разработали программу Поиска по книгам Google для всех пользователей, поэтому, пожалуйста, используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- **Не отправлять автоматические запросы.** Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого рода. Если Вам требуется доступ к большим объёмам текстов для исследований в области машинного перевода, оптического распознавания текста, или в других похожих целях, свяжитесь с нами. Для этих целей мы настоятельно рекомендуем использовать исключительно материалы в общественном достоянии.
- **Не удалять логотипы и другие атрибуты Google из файлов.** Изображения в каждом файле помечены логотипами Google для того, чтобы рассказать читателям о нашем проекте и помочь им найти дополнительные материалы. Не удаляйте их.
- **Соблюдать законы Вашей и других стран.** В конечном итоге, именно Вы несёте полную ответственность за Ваши действия – поэтому, пожалуйста, убедитесь, что Вы не нарушаете соответствующие законы Вашей или других стран. Имейте в виду, что даже если книга более не находится под защитой авторских прав в США, то это ещё совсем не значит, что её можно распространять в других странах. К сожалению, законодательство в сфере интеллектуальной собственности очень разнообразно, и не существует универсального способа определить, как разрешено использовать книгу в конкретной стране. Не рассчитывайте на то, что если книга появилась в поиске по книгам Google, то её можно использовать где и как угодно. Наказание за нарушение авторских прав может оказаться очень серьёзным.

О программе

Наша миссия – организовать информацию во всём мире и сделать её доступной и полезной для всех. Поиск по книгам Google помогает пользователям найти книги со всего света, а авторам и издателям – новых читателей. Чтобы произвести поиск по этой книге в полнотекстовом режиме, откройте страницу <http://books.google.com>.

P. lat.

1591

g

WT 120 0

WT 472 247

E



<36600929880014

S

<36600929880014

Bayer. Staatsbibliothek

33

P. lat. 1591. 8.

Rivus frondeus

f. XV. 1432.



FRAN
CISCI PICI MIRANDV=
LANI AC CONCOR=
*diæ domini, epistola apo=
logetica pro S. Di=
onysio Arcos=
pagita.*

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS
INGOLSTADTIANA.
M. D. XXVI.

REVERENDISSIMO PATRI D. CHRI=
stophorō Antistiti Augusten. Joh. Eckius S. D.

DVM IVSSV ILLVSTRISS. BAIQARIAE DV
cum, Præful Reuerende, urbem peterem: com-
modum ad principem Mirandulanū diuerti: ubi de cōmu-
nibus studijs collocuti, in Dionysium Arcopagitam inci-
dimus: protulit ille epistolam ad Episcopum Theatinum,
uirum sanctimoniauitæ, eruditione uaria, stematibus ac
dignitate (utipostea cius consuetudine Romæ tpe Adriani
papæ, perquam familiariter usi sumus) iuxtaclarū: Hac
aut̄ epistola expensa uidimus clarissimum Comitem, ple-
raq; attulisse robora, à nobis in cōmentarijs mysticæ The-
ologiæ, T. R. P. dedicatis prætermissa: quare eam uelut
auctarium apologiæ à nobis pro Dionysio ædite, ad te
mittere curauimus. Vale dignissime præful, et hæ-
resibus extirpandis, ut facere soles, inuigila.

Ingoldstadij Anno gratiæ M. D.

XXIII.

Dibor discripto m̄ba subr̄ vff A—
sij P̄loring basilijsij i—apologijs
Ecclesi. & prefatio dicit s̄p̄cū
vix D. Georgius —— Dom. —
angl. Cest h̄m Domus —
l'ordre et f. 2: —
l'ordre gr̄ Marfia (Uicet) de villa

REVEREN

DO DOMINO EPISCOPOTHE=
ATINO IO. FR. PICVS S.



VM EX BRITANNIA, ET Hispanijs nuper redijsses, & ad nos dicens de communibus studijs mecum loquereris, non probari abste eorum sententiam aperciui: qui scripscrunt Dionysij lucubratōes, quae inscribūtur de Hierarchijs & de diuinis nominibus, non cius esse Dionysij qui Arcopagites primum, deinde apostoli Pauli discipulus fuerit: Quaquam incontroversia, cum me tantū abesse cōprehenderes, ut ipsis ad stipularer, ut etiā in diuerso albo repositum spectares, & plane per cupidum reciendi, quae Arcopagitæ libris fucrāt obiecta, me hortariceasti, ut quid animo conceperam, lris exprimerem. Quod quidem & recepi me facturum, & tam libēter, ut nesciā tibi an mihi magis, hac in re gratū facturus uidear. Quādoquidē & par utriusq; desiderium, & causa non inpar. Tecum .n. mihi plane conuenerat, minus & quo ferendum animo, uti uiro & in lris & in nostrâ religione tam grādi, ut secundum ap̄los grandiorem habeamus neminem, sub ueritatis pretextu calumnia irrogaretur: nec in rem quoq; theologicam factum uideri, ut quē tot seculis, & apostoli discipulū, & Christi martyrem, uenerati fuissimus: eun-

A ij demq;

demq; coluisse mus posteriorum principem theologorum:
nūc fruolis quibusdam susptionibus, tanq; partiremur
& Dionysios constitueremus duos, aut tres, uel potius li-
broseos, falso circumlatos titulo causaremur, ut qui Apol-
linario, aut forte cuiquam nescio cui ex ueteribus accepti
referri debeant. Accipe igitur que ut eundem Diony-
siū existimem & Arcopagitem & scriptorem & mar-
tyrem ut existimandū ab alijs putem, me cōpulere, primū
illud satis cōstare quis non affirmauerit? à prima antiqui-

- Dionisij Areopagitae*
1. Deinde tam celebrē fuisse Dionysij Arcopagitæ famam, ut in controuersiam nullo pacto uenerit, eius scriptis fidem haberi debere q̄ maximam? Constat illud certe, Thymotheū episcopum ad quem scribit, Pauli apli fuisse discipulū: ex quo & tempus & auctoritatem æditi operis utrinq; facile queas colligere: & huc adde Policarpi martyris, & Dionysij Corinthij de Areopagitæ ipso præconia clarissima.
 2. Deinde illud reuocari nequit in dubiū, sanctissimos ponentes Gregoriū, Martinum, Agathonem, de scriptis Arcopagitæ Dionisij in concionibus suis, in concilijs, in epistolis honorificam mentionē fecisse: in septima quoq; & octaua Synodo, à Græcis Latinisq; scriptoribus ex eiusdē uolu minibus citata testimonia. Atq; ut à Caroli cognomento magni tibis ne repetā, qui Dionysij arcopagitæ opa in latinum sermonem Io. Monachi labore uertēda curauit: certe si maximo monacho, si Io. Scythopolita, si Anastasio bibliothecariote stibus usus fueris: & addideris clarissimorū virorum & testimonia & interpretamenta longe lateq; in ipsius Areopagitæ uolumina, & elaborata & celebra-
 3. ta:

ta: Interpretamenta inquam Vgonis, magni Alberti, Tho-
mæ, aliorum aut nostræ ecclesiæ decreto cælum, aut orbis
consensu in litteris præcellentium, Mox tantæ & tam cla-
ræ nubi duos uel tres ad sumum opposueris, qui diuersa sen-
serūt, uiri in literis alioqui bene audiētes, uicimus. profecto
uicimus & numero & auctoritate, & gratia. Si uero corū
raciones auctoritate ablegata putaueris examinādas, à no-
bis pariter stabit uictoria: Qu. inquam hac in causaratiō
præstare auctoritatē censeo, pendet .n. plurimum exhi-
storia, quisnam cuiuspiam libri sit habendus author? sed si
rationes sub examen uenerint, aut ad titulum certe, aut ad
stilum, aut ad materiam ille ipse pertinebūt. Si ad titulum,
nullam extiterit controuersia, ipsa .n. prouocat ad anti-
quam historiam non duplicitis famæ sed simplicis. Certum
aut & omni dubio Procul receptum est grecos codices &
latinos oēs de qbus ambigūt, ipso noīe Diony. Areopagitæ
signari: eosq; qui uel scholia uel prolegomena scripsere græ-
ce, in Hierarchias, in diuina nomina in theologiam mysti-
cam, Areopagitam Dionysium authorem ipsorum operū
plane testari. si uero stylum inspectaueris: non sane is cer-
tus fuerit iudex. potest .n. & in diuersis pībus studio &
diligentia scriptorum elocutio esse simillima, & in non di-
uersis, multas ob causas plane diuersa, eiusdē etiam homi-
nis pro uaricitate materiae quā tractes, uel animi affeſtuū,
uel corporis quibus ducaris abunde uaria. Si uero materia
uenerit in iudicium: quisnam queſo? quis inquam Dionysio
paratior ad scribēda cœlestia? qui Pauli discipulus fuerit,
cui & tertium patuit cœlum: sed inde quo nam profectus

A iij sum?

X. viii

Tertius

Opus

Stilus

Materia

sum? refellende corum qui contra sententiationes erāt,
 ratiōes ego attuli, q̄bus Dionysius corū qui in cōtrouersiā
 uenire librorum, author cōprobaretur. Verum non ab re
 fortasse factum hoc à nobis existimaueris, quandoquidem
 unus aduersariorum se sc̄ recipit ad st̄lum, cui tam & si nō
 derogauerim ut magnum in discernendis authoribus mo=
 mentū habeat, nihil otamē minus affirmauerim, tam incer=
 tum esse momentū ipsum, ut ad Lydium lapidem si pro=
 uocauerimus, discerniculum nobis plane non prebeatur.
 Eadem facit Marcus Varro, qui quamquām magnus author
 linguae latinæ censemur, tamē Plauti comedias nō potuit ex=
 acte secernere & interstinguere prorsus à Plautianis, ad
 Solam. S. stili similitudinem plerumq; allucinatus: At si no=
 ta quepiā stilo Plautino peculiaris, suo ipsius insc̄d̄isset aio,
 nil caliginis, nil tenebrarum st̄lus offud̄isset. In Hippocra=
 tis quoq; & in Galenilibris, ob titulū similitudinem, nō par=br/>
 uum extitit olim in Græcia certamē, Quod neutiquām ua=br/>
 luit dirimere Phrasēos ullā censura, stiliq; proprietas, De
 Aristotelis & discipulorū incertis libris quos elocutionis
 ulla nota, ulloue caractere, discernere nequiuicrit antiqui=br/>
 tas, multa non attinet dicere: cum in quarto nostri exami=br/>
 nis libro, hac ipsa de relate dissc̄ruerimus. Enim uero quo=br/>
 niam ut ipse titulus ad historiam, ita stili, phrasisq; uis, ad
 grāmaticum qui criticus dicebatur potest relegari: Cui us
 partes & sum mouere libros familia & in eam admittere,
 authoresq; & in ordinem redigere & eximere numero: di=br/>
 ceturus erit fortasse quispiam, materiā ipsam cœlestē &
 sup humana, hac in remaximi loco præiudicij haberi de=br/>
 bere.

bere. Si hoc dicturus erit, bene est, bene profecto cōuenit.
Age igitur iam de materia ipsa cœlesti quæstionem habea-
mus. quis rogo? quis diuina probet tractauerit expers diui-
norum? quis inter homines haberi debet diuinorū scius ma-
gis Paulo, cœlestia & diuina grandis stupendoq; miraculo
perspiciēti? quis Pauli secretorū particeps magis iure me-
ritoq; censendus erit Dionysio, ipsius Pauli discipulo docti-
ssimo atq; sanctissimo? qua nam ætate p̄uia homini & per-
specta cœlestia esse debuerunt magis q̄ ea qua Christus
d̄c̄us et homo ab hominibus uisus, & inter eos cōuersatus,
eosdem edocuit, propria lingua proprijsq; sermonibus?
Iam si nullo titulo libri ipsi, de quorum ambigunt authore,
notarentur: inscribi iure & deberent & possent alicui, qui
Christum deum & hominem in carne uidisset, aut qui cum
eis quibus esset uisus diu esset familiariterq; uersatus. nūc
titulo habemus insignes, nunc eius ipsius uiri nomēclatura
signati, Cuius mentio in sacris apostolicorū actuum libris,
sine cōtrouersia celebris est habita: & ambigimus ad huc
disquiremusq; prorsus inanter, in quem nam authorem
sint referendi? coq; sane maiore piaculo, quo ipse met au-
thor, libros ipsos dicat cōdiscipulo Timotheo, ad quem &
Paulus scribit apl's, quo ipsius Pauli, ut præceptoris, memi-
nit, quo inter tractandū diuina noīa, & Petru se, & Iaco-
bum apl'os nominatim uidisse testatur, etiā simul hymnos
cecinisse, cum simul conuenissent, ut idem ipse suis uerbis
loquitur επὶ θέων τὸ λαογχικὸν θεοδόχου σώμα
& quo Ioāni etiā apostolo, mittit epistolā, & diuinorū
probescius, auiq; præscius uenturi, prædictit illum ipsum
ex Patmī

Marius

Paulus

Tibulli library

Commissario Dio
mj

Eclipsis yassos Christi tempore

ex Patmī custodialiberandū, & in asiatida terram reuer= surum, quo Tito cōdiscipulo & sapientiē domum, & cra terem, & cibos, & poculum, mysticis uelaminibus impli= citam, plane reuelat & explicat. Qua igitur iniuria & su= prā modū audacia, ne aliquid acrius dixerim, Laurentius ille deridere potuit epistolā ipsius authoris ad Policarpū: de Solari præter naturam eclipsi, dum Christus cruci esset affixus quasifictam sub Dionysij noīe: an Policarpus codē non uixit tpe: an stilus dissonat: quem tamen exacti iudicis noīe donari nō posse probauimus. Antestes nō adsunt qui cadē iuxtatē pestate, citati: An propria ipsius appollopha nis sophistæ, quem maxime redargutum iri uiso miraculo desiderat, Dionysius ipse uerba non ponit ad se facta ὡ καλὲ Διονύσιε θεώραμοιςαι πραγμάτων. An eadem non repetuntur ab alijs? Non adiiciuntur etiam quæ ipse Dionysius respōderit, sub silentio tamē à sc, ne inpropriā forte uerteretur laudem, prætermissa, aliorum uero mo= numentis hūc in modū expressa, ὑ τὸ θεῖοπτόχον, ὑ τὸ πάχοντυ συμπάχον: & illud. ἀγνωστος πάχον θεο= δι ὅμοιος πάχεζυφωται, Κατεσάλωνται: Quid nam quæso existimemus dicturū fuisse Nicolaum eius nomini: quintum pontificem si hæc nouisset? Dicturū inquam Ni= colauim, succensem Theodoro Gazæ eiusdem seculi ui= ro pronuntianti, cœlestis hierarchiæ, non esse Dionysium Arcopagitam authorem, & ipso de stilo tantummodo ci= iceturam facienti: si ægræ tulit Nicolaus Gazam (ut ipse p= epistolam cōqueritur) de Dionysij stilo decernētem, an pu= tamus ullo unquam modo fuisse laturū eum, qui totā clo= cutionem

*Valla
bona*

*Gazam
do.*

nem Dionysij cum omni dispositione & inuentione fundatus omninoq; sustulisset? et tanquam fictitiū quoddam & inane cōmentum exsibilasset? Cōsentaneū inquit aliquis putauit eas tenebras Athenas usq; non puenisse. At nō Athēnis sed in Aegipto Hierosolimis propinquiori quam sunt Athenæ, depræhēsa est eclipsis, ut ipsa ex epistola, ut alijs ex authoribus manifestissimū. Inquiet iterū scriptorē euāgelijs cū tenebras sup uniuersam terrā factas ait, eius regio= nis terrā intellexisse assidente & diuo Hieronymo. Nū propterea Aegiptū, num aliās quoq; uicinas regiones ex= clusit? Si dixerō Solis eclipsi tenebras miranduē obortas, affirmabō ne obortas nō fuisse Mutinæ? nō fuisse Ferrariæ? nō R̄hegij? nō Mantuæ? nō Bononiæ? propinquis & uici= nis urbibus? urgebit iterū, cur aliquis seu Latinus seu Græcūs author, eius rei nō meminit? An ipse non meminit Dio= nysius græcus, medijs & natus Athenis? an ipsum nō citat hac in re aduersariū Apollphanē, & tanti miraculi testē ducit in mediū? testē tam notū rethoricæ artis professiōc, ut eius auditor Polemon Laodiceus à Græcis authoribus p̄ hibetur, qui fuerit præceptor Aristidis. Necesse ne fuit ut omnes hæc scripserint, si uiderint? num satis eotpe unū uel duos testes literarū monumentis proferre. Qui euangelio subscriberet myriadibus testiū innumeris coruscanti? Iam epistolam ab iniuria uindicauimus, sed lis ad huc nō data ē, quando Dionysium aliū uel Apollinariū producūt in quē libri de Hierarchijs & de diuinis nominibus referātur. & Areopagitæ iudices affirmāt fuisse nō philosophos. Quis nam igitur hic erit Dionysius? Corinthius ne ille cuius me=

B minit

Dionysius minit Hierony. in Cathalogo virorū illustriū: at præterq;
qd' Arcopagitæ huius ille meminit? neutq; ei libros hosce
Hieronymus adscribit, & tamen quos scripsit enumerat.
Præterea nō patiuntur hoc ipsum tpa, quando Arcopagi=
tes Dionysius sub Tiberio floruit, adeptus coronam mar=tyrij sub Domitiano, hoc qui cius uitā græce scr. but, uolu=ere, quanquam alij græci malūt sub Traiano. Corinthius
uero Dionysius sub Antonino secundo uitam agit, ad cuius
tpa nec Iacobus apostolus, nec Petrus qui sub Nerone mar=tyrij palmam est cōsecutus puenere. in libro uero de diui=nis nominibus Petri & Iacobi qui tum erāt inter mortales
mentio facta est. Multo quoq; minus per ætatem licebit Di=onysio Alexandro hæc ipsa uolumina accepta referrre, ut
qui Origenis adamanti fuerit auditor, & dicem obierit sub
Galenô principe. si uero Apollinaris hieropolitani iudicium
suscipietur hac in causa, utiq; secundum nos lis data fuerit,
quādō quidē sub Anthonio secūdo & ipse floruit & scrip= sit quæ citātur à Hieronymo, horū tamē librорū de quibus
est cōtrouersia, nec uerbū quidem, quām nō absurdius fu=erit Apollinario laodiceo hæc ipsa tribuere, & ætas The=odosij principis, sub quo excessit ē uita aperte declarat, &
nomen hæreses, quo & culpatū fuisse legimus & dānatū.
A quo crimine tamū absuit Dionysius Arcopagites, ut Cō=stantius philosophus sanxerit, libros eius satis ad omnem
hæresim abolendā facere, quorū ope scriptores sacros po=tuisse & cito & facile, de hæreticis triumphum consequi,
quem & difficulter & longo post tpe sunt cōsecuti ipsorum
penuria codicum, quos defossos ab hæreticis multa secula
delituisse

Constantius
philosophus
sanxerit
hæresim
abolendam
scriptores
sacros potuisse
de hæreticis
triumphum
consequi
quem & difficile
longo post tpe
sunt cōsecuti
ipsorum
penuria
codicum
quos defossos
ab hæreticis
multa secula

delituisse, Græcis monumentis est proditū, & ab Anastasio repetitū. Vt hinc desinat mirari nō nulli Hieronymū & alios eius etatis theologos Dionysij librorū nō meminisse, neq; item mirari eos cōuenit superiori ctiā etate ab Eusebio et alijs, Hierothei sacrorū uoluminū factā nō esse mētionē, nōndū .n. reperti, sed nec Athenagoræ Christiani philosophi, cuius opa, & alia quoq; nō paucam ille trecentis & eo amplius annis, latinos homines latuerunt, sed Hymenci & aliorum opa quæ nō uidit Eusebius, postea uiderūt alij: & literarū monumentis id ipsum mandauerūt. Vidimus & nos, habemusq; nonnulla quæ nec indicat Eusebius, nec Hieronymus se uidisse testatur: quanquam longe antiquissima. Minus quoq; illis mirandū est Dionysiū eundē fuisse iudicem atq; philosophū, non .n. inter se pugnat isthac mutua, maxime nō conueniunt, quando & in græcorū monumētis legimus, & scientiam & sapientiā Dionysij, ut hinc probe manifestatam, quando ex numero esset Arcopagitarū iudicium, inter quos nō esset adscriptus à doctis Athenensibus, qui doctrina ipsa nō præstitisset, Addcq; à philosophis pendēt plurimum & se per numero instituitur leges, quibus urbes ipse gubernātur & iudicijs diriguntur. Scitūq; illud & celebratū dictum, fœlices tū fore urbes, cū aut principiaretur philosophi, aut principes philosophare tur, Platoni Atheniensi acceptum refertur, à quo & illud plane prodijt, urbiū & rerū publicarū principes legū debere esse custodes, Platonis aut philosophi doctrina imbutus plurimum Dionysius fuit, primis inuentus floribus, & academiæ ut Io. Monachi uerbis utar, studijs eruditus: qd³

D. Librorum ap
mittit uero
B ij ex eius

D. platonico

*Brevo: moni
mit. Dionisij*

ex eius libris licet cōiectura deprehēdere, maximeq; inter tractandū dinū nomina, in quibus explicandis cœlestis meminit Hierarchiæ, ut iam desināt affirmare eundē utriusq; opis authorē non haberi Dionysiu. Illud ego in eis mirari possum cur scripserint Gregoriū cū literas Dionysij citat, nō indicare fuissc eum Arcopagitem, hæc sunt uerba Gregorij in cōtione siue omelia sup Lucam XXXIII. in qua de ordinibus disserit angelorū. Fertur uero Dionysius Arcopagita antiquus uidelicet & uenerabilis pater dicere quod ex minoribus angelorū agminibus foras ad explēdū ministeriū uel uisibiliter, uel inuisibiliter mittuntur. Hæc Gregorius meo in in codice, & in omnibus qui eodē prælo sunt afformati, quibus Arcopagitam Dionysiu, de cœlesti Hierarchia disseruisse testatur, ipso quoq; Gregorio ueterior Origenes, si nō fallit in scriptio apd' Parrisos, & alibi mādata impressioni: Certe aut Origenes aut inter ueteres authores qui uis aliis tā doctrina præstans quam facundia, & Dionysij Arcopagitæ memenit, & cœlestis Hierarchiæ uerbacitat, inter exponendū primū caput euangelij Ioannis in hūc modū, ait. n. magnus Dionysius Arcopagita (latinā refero translationē) esse oīm est sup essentia & diuinitas. Verba sunt ex quarto cœlestis Hierarchiæ capite, sed nō recte cōuersa, ita. n. græcæ se habent τὸ Υἱὸν τῶν εἰναὶ πάτερ τὸ θεός: ex septimo uero capite cœlestis eiusdem Hierarchiæ illa uerba diuinæ laudis p̄ supermissillas mētes celebrata, Ἀγιος Ἀγιος Ἅγιος κύριος ταῖς αὐταῖς & alia quoq; de qbus fatetur se accirratius scrip sisse cū de diuinis hymnis ageret: nōne imitatus Gregorius Nazianzenus

Nazianzenus cognomē theologus in domini nostri ut ip
se appellat, γενέθλιος: nec imitatus modo sed etiā admirā
tus rettulit aliū se antiquiorem philosophatū fuisse, super
ipsis, ut eius uerbis utar, Εἰσὶν ἀγνῶμοις καλλιεργεῖται
καὶ φυλότοξα. ut hinc nō minima prebeatur ansa cōiecta
endi hymnos Dionysij lectos à Gregorio, nō solū libros cæ
lestis hierarchiæ magna datur occasio, ut saltē possint dis
cere qui cōtra senserunt cœlestis Hierarchiæ uolumen non
post Hieronymi tpa conscriptū esse, quādo à Gregorio Hi
eronymi præceptore & lectum appareat, & excellenti
nota signatū. Quibus uero uidetur tantū cærimoniarum
Christianis nō fuisse priscis illis tibis, quantum describit
Dionysius, illud cōsiderandū aliunde scire nos non posse,
quantū cærimoniarū illis fuerit, nisi ex aliquo qui cærimo
nias ipsas prisco illo tpe scriptas mandauerit postcritati.
Quod à nullo præterquam à Dionysio ipso factū ad hanc
diem resciuimus. Quod autē plures nunc habeamus, quam
prisci habuerint, dū has illis quas recensuit Dionysius, cō=br/>ferimus, cōponimusq; noſe utiq; nobis datur. Plures uero
an pauciores eis quas enumerauit Dionysius habuerint pri
sci, ncuti qdabitur: qd' uero nō minimis usi fuerint, & ex
ap̄lo Paulo, & ex ecclia nostræ decretis colligere nō nihil
possimus, quādom memoriæ pditū ē, multa nostræ religiōis
dogmata, successiōe propagata, & utentiliū firmata moribus
fuisse, quæ postea nō scriptis, sed uoce ad nos manauerint.
Hæc satis uideri potuissēt facere p Dionysio Arcopagita,
aduersus eos qui & libros ipsius alienis adscribere nō sunt
ueriti, & cuius ep̄lam de Solis præter naturā eclipsi, ueluti

B ij fictant

Ceremonies
tp. Dionysij

ficta deriserunt. Tot. n. Et ratiōibus et testib⁹ cū græcis
tū etiā Latinis existimamus, et eius nomē et libros, ab om-
ni calūnia sicut assertos, ut etiā in eos possit culpare ferri qui
cōtra senserunt, iudicātes tota lege nō p̄specta, qd' apud iu-
recōsultos piaculū habetur, et πρὸς ολίγα, εἰς θλέψαν
τε: qd' Aristoteles ipse nō tulit, sed alia nō desunt quibus
minus nobis ferendū videatur, q̄ græcis in literis erudit⁹ Di-
onysio derogent, quādō quidē poterāt de limine (ut aiunt)
didicisse, et ipsis insuīdæ collectaneis facile cōmoneri Dio-
nyſij Arcopagitā authorē fuisse eorum librorū, q̄ de Hierar-
chis, de mystica theologia, de diuinis nominibus inscribū-
tur: tantūq; abesse ut Dionysio alicui, non Arcopagitæ aut
Dio: & Appoll. Apollinari, adscribi huius ipsius authoris libri possint, ut
cū duodecim ibicitetur Dionysij primus cōstituatur Arco-
pagites, et eius opa recēseantur literaria, et quæ de Solis
eclipsi narrata sūt eius in ep̄la, maxime cōfēruntur. Apol-
linaris uero libri nō modo ibidē numerantur, sed et pater
citatur, eiusdē noīs, et apte narratur tēpus quo uixit à Di-
onysij tpe longeremotū, heres eos quoq; dogma et citatur
pariter et refutatur, cū in ipsis græcis collectaneis, tū in
Socrate historico græce scribēte, et occasionē cur nephā-
riū dogma cēsuerit, plane multāq; diligēti a referente, atq;
et iā in Theodorito egregio certe facūdissimoq; theologo,
et græca historia cōlebri: in qua etiā dogma ipsius Apolli-
naris et refertur, et reiicitur: et à sanctissimo P̄entifice
Damaso dānatū, literarū monumētis explicatur. Dogma
certe tā à Dionysio diuersū, q̄ à tenebris lux, à mēdacio ue-
ritas, quam et sincere docuit, et sanguine cōfirmauit ipse
Dionysius,

Dionysius, p cuius doctrinæ uestigia & ueteres p̄cixerunt,
& præter ad modū paucos etiā ij qui nostris t̄pibus in lite=ris præcipue floruerunt, inter quos Ioannes Picus patruus
meus, qd' ex eius opibus & ex nostra p̄ eius libro de uno et
ente defensiōe te puto facile resciuisse, Ad quē nostra hæc,
quo tibi gratū, alijs utile faceremus, scripta uolui. Neq; .n.
illis indiges p̄ tete doctus, & mecum pari affectus molestia,
tantū fuisse audaciæ nostris hominibus, ut ne præstatiſſimo
quidē theologo eidemq; martyri p̄pcerint, cuius fæliciſſi=ma
mam animā, si iuncta corpori terrarū orbē inuiseret, eos ip̄
fos ad hūc ferè modū, quanq; omnino meliorē, allocuturam
fortassis existimamus. Siccine uos mortales experior gra=toſ laborib⁹ & erūnis meis? Siccine doctrinæ chartis man=datæ ppitios? Siccine bene precoros & sanguini meo, quē
fudit, & capiti qd' abstulit impius enīs? Nū uos pudet apd'
nostræ religionis hostes cū meis interfectorib⁹ uideri cer=taſe p̄fidia? Uideri illis ipſis p̄fſtare impietate? Nā quæ
olim impiagens, in mea cest grassulanacem, Mox egregiæ
pia & cedauerū meū & nomē uenerāia est, aſiduasq; mihi
preces effudit. Trucidare uos iterū me & q̄ truculētiuſ ten=tauistis: quādo nō iam necē corpori, q̄ per ipsam fœlix est
futurū. Sed doctrinæ, ſcarerū gestarū memorie, qua ho=miñū in animis uiuo prorsus in mortalibus, eaq; ipſa mon=ſtratur ſemita quæ dicit ad cœlū, quantū in uobis cest pni=ciem attulistiſ. Abſtulistiſ doctrinā martyri, martyrem
doctrinæ, & Arcopagi titulū quo celebris quondam inter
Athenienseram, nūc apud nostræ fidei cultores, eo con=tepto celebrior, tam à doctrina q̄ à martyre depulistiſ,

Defudore

D: vā ad
adūrſacros
ſiob

32


Defodere mea literaria monumēta ignari & inuidi hostes
Christianæ fidei. Vos ab effoſis monumētis, toto terrarū
orbe clarissimis, meū nomē abraditis ciudem asſeclæ fidei:
per fœlicitatē quam & ego teneo & mortales expectant.
Oratos uelim eos omneis qui me de omnibus egregie meri-
tum uexare nō definiūt, mihi nihil, sibi ipsis moleſti, ut stu-
dia ſua conuertant & ad Christiani nominis hostes oppug-
nandos & ad fidē ipsam quam scriptis probauit, quā ſang-
uine confirmaui, longe lateq; propagandam, nec nō parcant
mihi, ſed p mea mei q; ſimilium uestigia, curēt bea-
tos eternum fieri. Vale Mirandulæ post
tuum diſceſſum cum primū tātum ocij
naectus sum, ut tuo poſſem uoto
ſatis in parte facere.
Iterum Vale.

Recuifum per cōmiſ. apost.

INGOLSTADII IN PRAELO
APIANO.

00040084

Defodere mea literaria monumēta ignari & inuidi hostes
Christianæ fidei. Vos ab effossis monumētis, toto terrarū
orbe clarissimis, meū nomē abraditis eiusdem asseciae fidei:
per fœlicitatē quam & ego teneo & mortales expectant.
Oratos uelim eos omnes qui me de omnibus egregie meri-
tum uexare nō desinūt, mihi nihil, sibi ipsis molesti, ut stu-
dia sua conuertant & ad Christiani nominis hostes oppug-
nandos & ad fidē ipsam quam scriptis probavi, quā sang-



Defodere mea literaria monumēta ignari & inuidi hostes
Christianae fidei. Vos ab effossis monumētis, toto terrarū
orbe clarissimis, meū nomē abraditis eiusdem aſſeclæ fidei:
per fœlicitatē quam & ego teneo & mortales expectant.
Oratos uelim eos omneis qui me de omnibus egregie meri-
tum uexare nō desinūt, mihi nihil, ſibi iipſis moleſti, ut stu-
dia ſua conuertant & ad Christiani nominis hostes oppug-
nandos & ad fidē iipſam quam ſcriptis probauit, quā ſang-
uine conuicti longelateā. ubagandam, nec nō parcant

